Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

portas principes uestras. et ele
uamini porte eternales. Et hec
quoque nequaquam ut pueris
uelud pueriliter intelligentibus
uidetur: quasi ludus accipienda
sunt. Sed subtiliter discutien
dum. quare ista a ueteribus insti
tuta sunt. Hec namque et talia per
doctrinam apostolorum eorumque
discipulorum ad nos credimus
deuolutam. Scimus autem sacros
pontifices. domini nostri ihu xpi
gestare personam. sicut ipse di
cit eis. Sicut misit me pater:
et ego mitto uos. Itemque qui uos
audit. me audit. et qui uos sper
nit. me spernit. Beatus etiam
Paulus huic sensui astipulatur.
cum uice xpi se fungi testatur
dicens. Pro xpo legatione fungi
mur. obsecramus pro xpo recon
ciliamini deo. Virga autem sacer
dotis potestas intelligitur sacer
dotalis quam a dominus contulit cum
apostolis. Mittens namque apostolos
ad predicationem non per mi
sit eis ut quicquam tollerent
in uia. nisi uirgas tantum. qua
uirga sancti sacerdotes et consolan
tur humiles. et terrent super
bos. ac feriunt inpenitentes.

Est etiam eadem uirga recur
ua. quod sollicitudinis pietatem
prefigurat. et compassionis. ne
etiam aliqua ouium aberret.
ab habenda precepti. et caritatis.
caue debet sacerdotes. imitantes
eum qui q per prophetam olim
clamat. Conuertimini filii reuer
tentes. et sanabo auersiones uestras.
et per euuangelium salubriter
ac pie uocat dicens. Venite ad me
omnes qui laboratis et onerati es
tis. et ego requiescere uos faciam.
Quam potestatem a patre dei fi
lius accepit. id est celestium. ter
restrium. et infernorum. Vnde
et inferi patuerunt ei descendenti.
sicut dicit psalmista. Quia contri
uit portas ereas et uectes ferre
os confregit. et celi nouo obsequio
susceperunt ad patrem ascen
dentem. Sed et corda morta
lium dura prius per obstinati
onem. postea patefacta sunt per
humilem confessionem. Eandem
ergo potestatem saluator suis
largitur presulibus cum petro.
ut in eo ecclesie principibus po
testatem largiatur suam dicen
do. Tu es petrus et super hanc
petram. edificabo ecclesiam meam.